



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Procopius M. 8. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

430 VITÆ SANCTORUM. 8. Iulii.  
tum à Gentilitiâ superstitione; Germanis dux à Gregorio Pont. datus fuerit, quem quidem annis XXXVI. egregiè præstítit, & nobilem hodie Episcopatum Eystetensem condidit. Sed inter omnia ejus (quæ multa & immortalia) facinora, illud princeps est, parentem è regno secum ad Deum abduxisse. Eant nunc deliri se-  
nes, quarantur ultimo ætatis admini-  
culo orbari sese, ubi è mundo filius a-  
bit. Abeundo WILLIBALDUS, an  
non parenti scipio fuit? Ex Philippo  
Eystet.

*Semper tibi despliceat quod es, si vis per-  
venire ad id, quod nondum es; nam ubi tibi  
placuisti, ibi remansisti Semper profice; noli  
in viâ remanere; noli retro redire; noli de-  
viare. S. August. serm. 5. de verb. Apost.*

S. PROCOPIUS M. 8. Iulii.

**S**AULUM aut SAULO simillimum Ne-  
niam vides: quippe à Diocletiano A-  
lexandriam missus, quò Christianos il-  
lic exscinderet, & ipse Christum ob-  
vium habuit, & quidem è cruce sibi lo-  
quentum. Multum igitur se aberrasse  
animadvertisens, aliam viam deinceps in-  
gressus est, & fabreficeri sibi ex auro cru-  
cem fecit illi geminam, quam nuper vi-  
derat. Hæc signa vix intulit Agarenis,  
cùm nobilem victoriam abstulit. Sed,  
quod mirere, victori bellum alterum,  
bel-

8. Junii. VITÆ SANCTORUM. 431  
bellum crudele matér movit, quæ pietatem filii, quâ fractos pedibus aureos argenteosque Deos pauperum manib[us] in spolium jussit cedere, sub impietatis nomine reā egit. Sed vincto omnibusque tormentis exercito patronus cum Cælitibus Christus adfuit, & sanguine jam suo pulchrum sacrâ undâ amplius lavit, & abhinc PROCOPIUM dixit. Atque hic ille PROCOPIUS est, qui unus contra omnes carnificum manipulos stetit, quique priùs quâm gladio cervicem ipse, sibi Tyrannum non unum subjecit. Qua in re iterum Paulo similem illum recte dicemus; in illo etiam superiorem, quod Christo moriturus filius matrem peperit. Ex Metaphr.

*Si inveni melius, quâm videre faciem  
DEI, illuc te præparis: vœ tali amor tuo,  
si vel suspicaris aliquid pulchrius, quâm  
est ille, à quo est omne pulchrum, quod te  
tencat, ne illum cogitare merearis. S. Au-  
gust. in Psal. 43.*

S. KILIANUS CUM SOC.

MM. 8. Junii.

**U**TI Hiberniæ Italia Columbanum, Galliæ Suevia, ita Francia Orientalis KILIANUM debet. A Musus mansuetoribus ad omnem humanitatem efformatus Monachum induit, & Sacerdotio initatus cœnobii præfeturam accepit.  
Sed